



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

IV. De dignitate sacerdotum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

iuxta quod culpa fuerit, & ipsius ecclesie dignitas: quia non omnes ecclesie parem emendationis dignitatem habent, licet eandem sanctificationis benedictionem consequantur. Capitalis ecclesie pacis fractio in rebus emendabilibus est sicut infractio regie pacis, id est * quinque libris in Anglorum lege. Mediocris ecclesie, centum viginti solidos, id est vuita regis: & adhuc minoris, vbi parua parochia sit, & atrium tamen sit, sexaginta solidos: & campestris ecclesie, vbi non sit atrium, triginta solidos.

Christianis omnibus sincere conuenit sanctuaria & ordines & Deo dicata loca summa discretione, tota deuotione pacificare, custodire, venerari, iuxta modum singulorum; & qui scit intelligat.

IV.

Magnum est & mire precipuum, quod ad velle Dei pro salute populi faciendum creditur sacerdoti, & magna coniuuratio multaue benedictio est qua propellit diabolum, & in fugam redigit, quoties, diuina cooperante potentia, beatorum spirituum prosequente custodia, per manus temporalium sacerdotum sacri baptismatis vel eucharistie sacrosancta mysteria celebrantur.

V.

Si contingat sacerdotem regulariter viuentem aliqua criminum compellatione pulsari, se purget solus solum; si compellatio simplex sit; in triplici calumnia, cum duobus sui ordinis.

VI.

Diaconus regularis in simplici compellatione cum duobus, in triplici cum sex diaconibus se adlegiet.

VII.

Plebeius sacerdos, qui regularem vitam non habet, purget se sicut regularis diaconus.

VIII.

Si quis altari ministrantium accusetur, & amicis destitutus consacramentales non habeat, vadat ad iudicium, quod Anglice dicitur Corfined, & fiat sicut Deus velit, nisi super sanctum corpus Domini permittatur vt se purget.

IX.

Si quis ordinatus homicidii particeps consilio vel auxilio fuisse compelletur, purget se cum parentibus suis, quo-